Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CIA

giti mei plenu myrra probatissi
ma. pessulum hostii mei appe
rui dilecto meo at ille declinaue
rat atq; transierat. anima mea
liq̄facta est ut locutus est q̄siui
et nō inuenī illum vocaui et nō
respondit michi. Inuenerunt
me ~~custodes ciuitatis~~ qui circui
erunt ciuitatem percusserunt me
et vulnerauerunt me tulerunt palli
meum custodes murorum. Ad
iuro uos filie ierl̄m. si inueneritis
dilectum meum ut nūcietis ei q̄
amore langueo. Qualis est di
lectus ex dilecto tu pulcherrima
mulierum. qualis est dilectus
tuus ex dilecto pulcherrima quia
sic adiuasti nos. Dilectus tuus
candidus et rubicundus electus
ex milibus. caput eius aurum
optimum. come eius sicut elate
palmarum. nigre quasi cornus.
oculi eius sicut columbe sup ri
uulos aquarum que lacte sunt
et resident iuxta fluenta plenis
sima. Venter eius buxus ebur
nea sup lapidem saphirum. Ge
ne eius sicut areole aromatum
consideratum apigmentariis. la
bia eius stillancia myrram pri
mam manus illius cornatilles
auree plene iacinctis. Venter eius
eburneus distinctus saphiris.
Crura illius columpne marmo
ree que fundate sunt sup bases
aureas. Spēs eius ut libani e
lectus ut cedri. Guttur illius sua
uissimus et totus desiderabilis. ta
lis est dilectus meus. et ipse est a
micus meus filie ierl̄m. Quo a
biit dilectus tuus o pulcherrima
mulierum. quo declinauit dilec
tus tuus. et q̄remus eum. tecum

VI

Dilectus
meus descendit in ortū
suum ad areolam aro
matis ut pascatur in ortis. et ly
lia colligat. Ego dilecto meo et
dilectus meus michi qui pascitur
inter lylia. Pulcherrima es ami
ca mea. suauis et decora. sicut ierl̄m
terribilis ut castrorum acies ordi
nata. auerte oculos tuos a me. q̄
ipsi me auolare fecerunt. Capilli
tui sicut greges caprarum que
apparuerunt de galaad. dentes
tui sicut greges ouium que as
cenderāt de lauacro. omnes ge
mellis fetibus. et sterilis non est
in eis. sicut corter mali punici
sic gene tue absq; occultis tuis
Sexaginta sunt regine. et octo
ginta concubine. et adolescentu
larum nō est numerus. Vna est
columba mea. perfecta mea. vna
est matris sue. electa genitricis
sue. viderunt eam filii et beatis
simam p̄dicauerunt. et regine et cō
cubine laudauerunt eam. Que
est ista que progreditur q̄si au
rora consurgens pulchra ut lu
na electa ut sol terribilis ut cas
trorum acies ordinata. Descen
di in ortum ut viderem poma

385